Cubicularii etiam dignitate depoſita, cum vadunt extra urbem, poterunt uti cingulo dignitatis. Bald.

5. Imp. ANASTASIUS A. Euſebio Magiſtro officiorum.

JUbemus duobus Viris illuſtribus Præpoſitis utriusque ſacri cubiculi tam noſtræ pietatis, quam ſereniſſimæ [noſtræ] conjugis, qui poſt finitam militiam [1] Senatorio fuerint conſortio ſociati [2], licere quotiens ad aſpiciendos agros ſuos, vel ob aliam cauſam proficiſci voluerint, cingulo uti: cum hoc ad implendum eorum deſiderium, & ad nullius læſionem reſpicere videatur [3].

TIT. VI.

DE QUÆSTORIBUS [4] ET MAGISTRIS [5] OFFICIORUM, ET COMITIBUS SACRARUM LARGITIONUM, ET REI PRIVATÆ.

Qui in adminiſtratione publicorum officiorum ſe bene geſſerunt, debent clamoſis vocibus populi commendari. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. [6] & THEOD. AAA. Reſtituto P. V.

QUi ex [7] Quæſturæ honore, aut officiali [8] Magiſterio, aut Comitiva utriusque [9] ærarii noſtri attonito ſplendore viguerunt: acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereantur, ut incogniti [10]. Dat. 8. Kal. Jul. *Theſſalonicæ*, GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

TIT. VII.

DE PRIMICERIO [11] ET SECUNDICERIO [12], ET NOTARIIS.

Notarii Principis licet ſenectute depoſuerint officium, aut majorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc Notariorum nomen perdunt. Bart.

1. Iidem Imppp. [13] Eutropio P. P.

PRæcipua eſt, noſtræ pietatis intentio circa Notariorum nomen: atque ideo ſi unquam hujus ordinis viri laborem quiete mutaverint, vel abjecerint, vel ſenectute poſuerint, ſeu [cum] alia dignitate poſthac [14] qualibet uſi ſint, non omittant prioris [15] vocabulum militiæ, ſed compendium ſequentis honoris adſumant: & ſi quis ex officio, vel præcipue Sublimitatis tuæ temerario adſenſu [16] in diſcuſſiones, peræquationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit: officium ſuum noverit, vel levis culpæ offenſione detecta, gravis multæ diſcrimine fatigandum, & numerariorum corpus extincto injuriæ auctore minuendum [17]. Dat. 16. Kal. Jul. *Theſſalonicæ*, GRATIANO V. & THEODOSIO I. AA. CONSS. 380.

Primicerii ultra biennium in officio militare non coguntur. Bart.

2. Imp. ZENO [18] A. * [19] Magiſtro officiorum.

PRæclaram nobilemque militiam ſpectabilium Tribunorum Notariorum, qui glorioſis obſequiis nonnihil Reipublicæ commoditatis afferunt, & decoris, diverſis beneficiorum titulis muniendam credimus, & augendam: nam biennales [20] metas Viro ſpectabili pro tempore Primicerio agendis numeris [21] duximus ſtatuendas. Hos autem Tribunos qui ſuis negotiis occupati, minime ſacrum palatium curaverint frequentandum: niſi intra annale ſpatium revertantur, quamvis commeatus jura prætendant, pro abſentia quidem unius anni unius gradus: ſi vero duobus annis abfuerint, duorum, ſi tribus, trium, ſi quatuor, ſimiliter quatuor graduum ſubire jacturam: his, qui inferiores [22] eis fuerint, poſtponendis [23]. Qui vero per quinquennium integrum ſe præſentare ceſſaverint, exemptos matricula, tantum nomine Tribunorum, non vero ordine perpotiri: his in hunc modum diſpoſitis, vacationem cenſus, diſcuſſionis, peræquationis, & cujuslibet alterius rei habituros. Illud præcipue proviſionem noſtram flagitare perſpeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cujuslibet occaſionis obtentu, vel laborum, ſeu ſolicitudinum ſpecie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum ſeriem conturbare, & temporum [24] ratione calcata dudum militantibus anteferri: & quæ longis prolixisque ſtipendiis [25] defenſa [26] jam pollicetur ſenectus, gratioſa feſtinatione ſurripere: hoc etiam adjiciendo, ut primicerius poſt depoſitam publicam numerorum [27] ſolicitudinem, ac ſi ipſam geſſiſſet adminiſtrationem, cujus conſequitur dignitatem, Magiſtri officiorum pro antiqua conſuetudine infulas ſortiatur, omnibus vacantibus, quamvis tempore præcedentibus, præponendus.

TIT. VIII.

UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

Uſurpans ſcienter honorem indebitum, crimine ſacrilegii punitur. Bart.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEOD. AAA. ad Prætextatum P. V. [28].

SI [29] quis [30] indebitum ſibi locum uſurpaverit nulla ſe ignorantia [31] defendat: ſitque plane ſacrilegii [32] reus, qui divina præcepta neglexerit. Datum 12. Kalend. Jun. *Mediolani*, RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. P.

OMnes privilegia dignitatum hoc ordine [33] ſervanda cognoſcant, ut primo loco habeantur hi, qui in actu poſiti, illuſtres peregerint adminiſtrationes. Secundo veniant vacantes [34], qui præſentes in comitatu illuſtris dignitatis cingulum meruerint: Tertium [vero [35]] ordinem eorum proſpicimus [36], quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis: Quartum honorariorum [37], qui præſentes a noſtro numine [38] ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt: Quintum eorum, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. † Sed adminiſtratores [39] quidem etiam Comites rei privatæ vacantibus omnibus [40] honorariis anteponi [41] cenſemus. Vacantes autem poſt adminiſtratores venientes, non [42] omnes jam omnibus honorariis credimus præponendos: ſed eos vacantes illis honorariis, qui ſimilem adepti ſunt dignitatem: ut Præfectorius Quæſtorio, non Quæſtorius Præfectorio [43] præponatur: parique modo Quæſtorius Quæſtorio: non vacans Comes theſaurorum [44], vel Comes [45] rei privatæ, honorario Quæſtorio, vel Magiſtro [46] officiorum præferatur. † Et inter [47] adminiſtratores illos etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus in ſacro noſtro conſiſtorio cinctis [48] aliquid ordinariæ dignitatis, vel ante commiſimus, vel poſtea committemus peragendum: verbi gratia, ſi vacanti Magiſtro militum belli cura [49] committitur. Cur enim aut Vir Magnificus Germanus [50] Magiſter militum vacans appelletur, cui bellum contra hoſtes mandavimus? Aut cur excellentiſſimus Propentadius [51] non egiſſe dicatur Præfecturam, cujus [52] illuſtribus cunctis diſpoſitionibus vice Prætorianæ Præfecturæ miles in expeditione copia [53] commeatuum abundavit [54].

TIT. IX.

DE MAGISTRIS [55] SACRORUM SCRINIORUM.

1. [56] Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Zoilo P. P. Orientis.

VIris ſpectabilibus Magiſtris omnium ſacrorum ſcriniorum noſtræ benevolentiæ liberalitas tribuenda eſt, qui [57] noſtræ quodammodo adſidere Majeſtati videntur; ideoque poſt depoſitum etiam officium ab omni indictionis onere, ſeu civilium, ſeu militarium Judicum prorſus immunes eſſe præcipimus: ut nec [58] ab ampliſſima quidem ſede tui culminis eis

1 Hæc lex oſtendit Præpoſitos ſacri cubiculi depoſita adminiſtratione in ſenatorium ordinem conſcribi, & *l.* 3. *ſupr. ubi ſenat. vel clariſſ.* eisque extra urbem proficiſcentibus cingulo militari uti licere, id eſt, ξιφηφορεῖν. Mod. 2 Aſſociati. 3 Videamus. 4 *Lib.* 1. *tit.* 30. *ſupr.* 5 Magiſter officiorum ἡγέμων τῶν βασιλείων. 5. Theodoret. 20. ἡγέμων τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Zaſius 2. Apud eum forum ſortiebantur ſilentiarii & miniſteriales omnes. *l.* 4. ʒ. *de ſilent. h. l. tit.* 16. *l. ult.* ʒ. *de caſtrenſ. & miniſter. h. l. tit.* 26. *l. ult. infr. de decanis. h. l. tit.* 27. cubicularii principis & Auguſtæ. *l.* 3. *ſupr. de præpoſ. ſacri cubiculi. h. l. tit.* 5. ſcholares. *l. ult. infr. de privileg. ſcholar. h. l. tit.* 30. agentes in rebus. *l.* 4. *infr. de agentib. in reb. h. l. tit.* 20. decani, *l.* 2. *infr. de decanis. h. lib. tit.* 27. militantes in ſacris ſcriniis, *l.* 12. ʒ. *de prox. ſacrorum ſcrinior. h. l. tit.* 19. fabricenſes. *l. pen. ſupr. de fabricenſ. l.* 11. *tit.* 9. duces limitanei, præpoſiti caſtrorum. *l.* 8. ʒ. *de diverſ. officiis. h. l. tit.* 60. denique totius palatii diſciplina ad eum ſpectabat. 6 *Al.* Impp. Arcad. & Honor. AA. 7 *Al.* deeſt *ex.* 8 *Efficaci* legit Cujac. & *ita in quib. lib. manuſc. reperitur.* 9 Ærarium duplex. Aliud ſacrum (quod & ſacræ largitiones, & theſauri) aliud privatum. Sacro attributus Comes ſacrarum largitionum, ſacri ærarii & theſaurorum Comes: Alteri vero ærario, hoc eſt, privato Comes attributus Comes rei privatæ. dixi ad *l.* 2. ʒ. *ut dignitatum ordo ſervetur. h. l. tit.* 8. 10 Cogniti. 11 Primicerius, Secundicerius, Tertiocerius, Quartocerius, ſcholarum vel notariorum eſt Primus, Secundus, Tertius, Quartus, ſcholarum & notariorum. *Cerius* enim, productio eſt verbi. Ita Stephanus: primicerius Martyrum Auguſtino, *ſermone* 21. Petrus Primicerius Apoſtolorum *apud Baldricum Bolenſium Archiepiſcopum in hiſtoria Hieroſolymitana*, *cætera vide apud* Cujacium. 12 *Sericerio*, ſed utrumque abeſt a *C. Theod.* in quo legitur, *De primicerio & notariis.* 13 *Al.* Imp. Leo A. 14 Poſt hanc. 15 Tabellio ſi certa dignitate arcetur ſtatuto, & Tabellionis matricula diſpunctus eſt: eam tamen dignitatem, a qua antea remotus eſt, attingere ſeu gerere non poteſt, ut hinc colligit Corſetus, *ſingulari*, *Statuto cavetur.* 16 *Temerarius ad cenſus diſcuſſiones*, emendat Cujac. ſed excuſa lectio extat in omnibus. 17 Tabularii ſive numerarii præſidum aut præfectorum plerumque cenſus, diſcuſſiones, peræquationes injungunt, quas tamen ſi exnotariis injunxerint, gravi multa coërcentur, & corpore numerariorum eximuntur. Huc valde pertinet *l. pen.* ʒ. *de privil. eor. qui in ſacr. pal.* Mod. 18 Al. *Juſtinianus A.* 19 *Al.* additur, *Illuſtri.* 20 Primicerii notariorum munus biennale, *ut hic.* Idem in primicerio fabricenſium, *l.* 2. *ſupr. de fabricenſibus. l.* 11. *tit.* 9. 21 Al. *agendi muneris*, ſed rectior excuſ. *Goth.* Fruſtra opponit Accurſ. huic legi *l.* 2. & *pen.* ʒ. *de numer.* quæ nec de primicerio loquuntur, nec de notariis, qui ad imperialia ſecreta pertinent, ſed de numerariis præſidum, vel magiſtri officiorum. *Mod.* 22 Inferioris gradus. 23 Poſtponendi, al. *poſtponendos.* 24 Vid. *l.* 7. ʒ. *de proxim. ſacrorum ſcriniorum. h. l. tit.* 19. 25 Diſpendiis. 26 Defeſſa ſibi jam &c. 27 Munerum. 28 *Al.* P. P. 29 *Ex lib.* 6. *tit.* 1. *l.* 2. *C. Theod.* quem confer. detractum enim eſt principium. 30 Qui locum indebitum ſibi uſurpaverit, ſacrilegii tenetur: nec ignorantiam prætexere poteſt. *Synopſ. Baſil.* 15. *tit.* 1. *ex lib.* 6. *tit.* 1. *cap.* 54. *l. ult.* ʒ. *de privil. eorum qui in ſacro palatio militant. h. l. tit.* 29. *l.* 1. §. *de conſulibus. h. l. tit.* 3. *l.* 1. 2. §. *de præfect. prætor. h. lib. tit.* 4. *l.* 1. §. *de præpoſit. ſacri cubicul. h. l. tit.* 5. *l. ult.* §. *tit. prox.* 31 Ignoratione. 32 Sacrilegii reus eſt, qui in leges admittit, *ut hic. l.* 1. *ſupr. de petit. bonorum ſubl. l.* 10. *tit.* 12. *l.* 13. *infr. de erog. militaris annonæ.* 33 Illuſtrium quinque gradus. Illuſtres qui actis illuſtrem dignitatem geſſerunt: vacantium præſentium cum comitatu principis; vacantium abſentium, honorariorum præſentium, honorariorum abſentium. 34 Vacantes, adſcriptitii Trebellio Pollioni *in Balliſta*, Lampridio *in Alexandro.* adlecti & inter agentes. v. *Conſt. de faciend. & confirm. Cod. l. ult.* merito. *C. Theod. de honorat. codicillis, l.* 5. ʒ. *de metatis. h. l. tit.* 41. *l.* 1. ʒ. *de ſilentiariis. h. l. tit.* 16. Ζωστοὶ ſunt vacantes cum cingulo illuſtres, quibus cingulum deferebatur ob antegeſtæ adminiſtrationis meritum. Honorarii vero ἄζωστοι, ſine cingulo & ſic diverſi a vacantibus dicuntur *C. Theod. de Comitib. vacantib.* Ammian. 16. 18. 31. His dabantur annonæ: at non honorariis. *Lampr.* formulam, qua per codicillos vacantes proceres fiant, vide apud Caſſiodorum 8. *Variar.* 10. & 11. formulam illuſtratus vacantis. 35 Al. *abeſt.* 36 *Perſicimus*, *ut vet. lib.* 37 Honorarii ſine merito geſtæ adminiſtrationis ſolis codicillis principis hanc dignitatem conſecuti, imaginarii ſine cingulo: ἄζωστοι, & ut hic dicitur, qui ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti, *Novell.* 70. Hujuſmodi Pontifices, Augures & 15. viros ſacris faciendis Severum feciſſe, memoriæ proditum. Horum alii præſentes, alii abſentes hic dicuntur. 38 Nomine. 39 Al. *adminiſtrationes, & ſic deinceps.* 40 *In lib. Aured. additur &* Cujac. legit, *omnibus vacantibus, omnibus honorariis.* 41 Ordo hic dignitatum illuſtrium eſt, ut adminiſtrantes vacantibus, vacantes honorariis præferantur. 42 Vacantes honorariis præferuntur, ſimili gradu dignitatis præditi majori gradu præditis non præponuntur. 43 Præfecto. 44 Comes hic theſaurorum, qui & ſacrarum largitionum & ſacri ærarii Comes. *l.* 2. ʒ. *de palat. ſacr. largit. h. l. tit.* 24. *l. unica. ſupr. de quæſtorib. h. l. tit.* 6. *l.* 3. *ſupr. ubi ſenatores*, & qui ταμίας & præpoſitus regalium theſaurorum, Præfectus ærarii *in l.* 15. §. 4. *ff. de jure fiſci.* Rutilius Numanianus, *Nam neque opum curam, quamvis ſit magna ſacrarum, Nec jus Quæſturæ grata fuiſſe magis.* 45 De Comite rei privatæ dixi ad *l.* 9. *ſupr. de jure fiſci.* 46 *Ex magiſtro, in quibuſd. vet. lib.* 47 Illuſtribus adminiſtrationibus adnumerantur vacantes, qui non ſunt otioſi, ſed ordinariam aliquam dignitatem gerunt: licet ea dignitas non ſit illuſtris, ſed clariſſimatus, vel perfectiſſimatus. 48 Al. *cunctis.* 49 Belli cura cui committitur, dux: Ducatus dignitas non illuſtris, ſed clariſſima, vel perfectiſſima. 50 Germanus hic magiſter militum vacans, contra Vandalos Dux magna claſſe miſſus a Theodoſio, pro adminiſtratore habetur, non pro vacante illuſtri. vid. *Paulum & Proſperum.* Ita fit, ut vacanti illuſtri, belli cura committatur. 51 Propentadius hic præfectorius vacans, curator copiarum factus inter illuſtres adminiſtratores cenſitus eſt. 52 *Cujus cincti illuſtribus diſpoſitionibus* ſic emendat Cujac. *Eclog. in lib. quidem Aured. & Dionyſ.* legitur, *cincti.* 53 Commeatuum copiis curator copiarum præficiebatur auctoritate P. Prætorio. *l.* 4. ʒ. *de erogat. milit. annonæ h. l. tit.* 38. adde *l. ob negotium.* 20. *ff. de compenſat.* 54 Al. *abundabit.* al. *commeatu.* 55 Magiſtri ſcriniorum principes ſcriniorum: quorum alii magiſtri memoriæ (hi adnotationes omnes dictant & mittunt, & precibus reſpondent) alii magiſtri epiſtolarum, qui legationes civitatum, conſultationes & preces tractant. Alii libellorum ſeu libellos agentes. Alii ſcrinium gerebant: ab his diverſi Referendarii, qui ſupplicum deſideria principi exponebant, & juſſiones principum judicibus inſinuabant. *Novell.* 10. 113. 124. annulo ſeu ſigillo regis publicas conſcriptiones confirmabant. *Sigebertus.* Referendarii, qui ſunt a regiſtris & libellis. de quibus vide Cujac. *hic.* 56 *Al.* Imp. Anaſtaſius A. 57 Magiſtri Scriniorum, adſeſſores quodammodo principis; immunes, etiam depoſita adminiſtratione ab omnibus civilibus muneribus, *ut hic*, & *l. ex.* 11. ʒ. *de excuſ. mun. l.* 10. *tit.* 47. 58 Ne ab.

ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet gravamine privato, vel publico penitus injungatur. Hoc beneficium ad proximos [1] etiam ſacrorum ſcriniorum, & ex proximis, volumus prorogari [2]: quinquaginta librarum auri officio tui Culminis condemnatione multando, ſi quid [3] adverſus ſtatuta Clementiæ noſtræ innovari [4] conceſſerit. Dat. 5. Kalend. Mart. THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

TIT. X.

DE COMITIBUS [5] CONSISTORIANIS [6].

Comites conſiſtoriani ſunt illi, qui ſteterunt in Principis conſiſtorio & proconſulibus adæquantur. Bart.

1. Impp. ARCADIUS [7], & HONORIUS AA. Severino [8] P. V.

EOs, qui [9] tranquillitatis noſtræ conſiſtorii dici Comites meruerunt, ſpectabilibus Proconſulibus æquari [10] generaliter decernimus. Datum 7. Kal. Octob. CP. THEODORO V. C. CONS. 399.

2. Imp. ANASTASIUS [11] A. Euſebio Magiſtro officiorum.

VIros ſpectabiles Comites conſiſtorianos, & conjuges, & liberos, quinetiam ſervos eorum atque colonos iisdem privilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam ſuas contra alios exercendo, perfrui, quibus Viri Clariſſimi Principes ſcholæ agentium in rebus, per ſacram pragmaticam ſanctionem divinæ memoriæ Zenonis utuntur.

TIT. XI.

DE [12] COMITIBUS [13] ET TRIBUNIS SCHOLARUM.

1. Impp. [14] HONOR. & THEOD. AA. Priſciano P. U.

PRæpoſitos [15] ac Tribunos ſcholarum, qui inquietudinis [16] epulis adhibentur, & adorandi Principis facultatem antiquitus meruerunt: (inter quos Comites etiam ſacri ſtabuli [17], & cura [18] palatii numerantur) ſi primi ordinis Comitivam [19] cum Præpoſitura meruerunt, & caſu ad altiora non pervenerint, depoſito ſacramento inter [20] eos, qui Comites Ægypti, vel Ponticæ diœceſeos fuerint, (quorum par dignitas eſt) haberi præcipimus: alios, qui [21] honore Comitivæ regimen fuerint nacti, abſolutos militia, inter eos, qui duces [22] fuerint provinciarum, numerari jubemus. Dat. 7. Kalend. April. CP. LUCIO V. C. CONS. 413.

TIT. XII.

DE COMITIBUS [23] REI MILITARIS.

1. Imppp. [24] VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. Ampelio P. U.

QUi contemplatione meritorum, ducto intra provincias transmarinas [25] ſtrenuiſſimo milite primi ordinis Comitivam fuerint conſecuti: ea [26] reverentia altiſſimarum dignitatum viris [27] ſubjugantur [28], ut his locum præſtent, qui Proconſulatus inſignibus adornantur. Dat. 3. Non. Jul. *Naſonnaci*, MODESTO & ARINTHEO CONSS.

2. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS [29] AA. Priſciano P. U.

EOs [30], qui ſub Comitiva [31] primi ordinis dignitatis peculiariter ad quamlibet provinciam, vel [32] provincias defendendas milite credito auctoritate noſtri numinis deſtinantur, & eos, qui [33] vicem illuſtrium Virorum Magiſtrorum militum ſuſceperint peragendam, ducibus [34], qui præter [35] Ægyptum & Ponticam in aliis provinciis adminiſtraverint, adæquamus. Dat. 12. Kal. April. CP. LUCIO V. C. CONSS.

TIT. XIII.

DE [36] COMITIBUS, ET [37] ARCHIATRIS [38] SACRI PALATII.

1. Impp. [39] HONOR. & THEOD. AA. Priſciano P. U.

ARchiatros [40] intra palatium militantes, ſi Comitivæ [41] primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari præcipimus, ſive jam pridem depoſuerunt militiam, ſive poſtea depoſuerint: ita ut inter vicarios [42] & duces [43], qui adminiſtraverint, & eos, qui Comitivam primi [44] ordinis meruerint, nihil interſit, niſi tempus, quo quis adminiſtraverit, vel Comitivæ adeptus [45] eſt inſignia. Dat. 12. Kalend. April. CP. LUCIO V. C. CONS.

TIT. XIV.

DE COMITIBUS, QUI PROVINCIAS REGUNT [46].

Comites, qui gubernaverunt provinciam, depoſito officio privilegiis dignitatis vicariæ funguntur. Bart.

1. Impp. [47] HONORIUS & THEODOSIUS AA. Priſciano P. U.

EOs [48], qui adminiſtratione civili, ac provinciæ gubernaculis ſub juriſdictionis licentia Comites quoque primi ordinis eſſe meruerint, vicariæ [49] dignitatis poſt depoſitam adminiſtrationem privilegiis frui oportet. Datum 12. Kalend. April. CP. LUCIO V. C. CONS.

TIT. XV.

DE [50] PROFESSORIBUS, QUI IN URBE CONSTANTINOPOLITANA DOCENTES, EX LEGE MERUERUNT COMITIVAM [51].

Grammatici, & Sophiſtæ, & Juriſperiti, qui per viginti annos ſcientiam docuerunt Conſtantinopoli, ſunt digni ea dignitate, qua funguntur vicarii principis. Bart.

1. Imp. THEODOS. [A. [52] & VALENT.] C. Theophilo P. U.

GRammaticos, tam Græcos, quam Latinos, Sophiſtas & Juriſperitos in hac regia urbe profeſſionem ſuam exercentes, & inter [53] ſtatutos connumeratos, ſi [54] laudabilem in ſe probis moribus vitam eſſe monſtraverint, ſi docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi ſubtilitatem, copiamque diſſerendi ſe habere patefecerint, & cœtu ampliſſimo judicante [55] digni fuerint æſtimati [56]: cum ad viginti [57] annos [58] obſervatione jugi, ac ſedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his, qui ſunt ex vicaria dignitate, connumerari. Dat. Id. Mart. CP. THEOD. A. XI. & VALENTINIANO C. CONSS. 425.

TIT. XVI.

DE [59] SILENTIARIIS [60], ET DECURIONIBUS EORUM [61].

Poſt depoſitum Decurionatus officium, Decurio poteſt eligere, utrum velit eſſe Magiſter officiorum domeſticorum, vel comes. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Urſo P. U. & Æmiliano com. ord. Pr. & Strategio P. P. Illyrici.

DEcuriones [62] noſtri palatii poſt emenſum [63] fideliter obſequium [64], poſtque depoſita ſacramenta militiæ, electionem habeant, ſive ex Magiſtro officiorum, velut agentes, dignitatem conſequi a noſtra Majeſtate maluerint: ſive inter Viros illuſtres Comites domeſticorum, videlicet [65] inter agentes taxari: ut tam in adoranda noſtra Serenitate, quam in ſalutandis [66] adminiſtratoribus, & reliquis prædicti honoris privilegiis, necnon in noſtro conſiſtorio his [67] honor omnifariam obſervetur. Dat. prid. Kalend. Novembr. CP. HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

2. Iidem AA. Venantio [68] P. P.

UNusquisque [69] Decurio [70], vel Silentiarius a [71] tyronum, equorumque præſtationibus habeatur immunis: nullam [72] collationem, quæ plerumque poſcitur, ſolvat: nihil his ulla poteſtas injungat, aut neceſſitas imponat.

Privilegia data Decurionibus, & Silentiariis per hanc legem confirmantur, licet ad majorem aſcenderint dignitatem. Bart.

3. Impp. THEOD. [73] & VALENT. AA. Flaviano P. P.

DEcurionibus [74], & Silentiariis etiamſi ad ſuperiorem gradum ſuc-

1 Vid. *infr. de proximis ſacrorum ſcrin. h. l. tit.* 19. 2 Al. *propagari.* 3. Quis. 4 Innovata. 5 *L.* 6. *C. Theod.* 12. 6 Conſiſtorii Comites intimi principis conſiſtorii conſiliarii, ſpectabiles proconſularibus exæquati, immunes a ſordidis oneribus. *l. Maximarum*, 12. *ſupr. de excuſ. muner. lib.* 10. *tit.* 47. *l.* 1. *C. Th. qui a præb. equ. l.* 1. *C. Theod. qui cond. rei privat.* Ammian. 15. Ambroſ. 5. *epiſt.* 133. 7 *Al.* Imppp. Gratian. Valent. & Theodoſ. AAA. 8 Severiano. 9 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 10 Æquare. 11 Juſtinianus Auguſtus. 12 Comites ſive præpoſiti, ſive tribuni ſcholarum agentium in rebus, ad quos ſcholarum gubernatio pertinet. 13 Præpoſitis. 14 Imp. Valentinianus A. 15 *Junge l. ult.* ʒ. *de comitib. rei militaris. hoc lib. tit.* 12. 16 Vide Pyrrhum ʒ. *ad tit. de prox. ſacr. ſcr. qui inquirendis epulis*, hic putat eſſe legendum Cujac. *qui & divinis epulis.* Goth. Scholæ porro agentium in rebus habent præpoſitos & tribunos, ad quos ſcholarum gubernatio pertinet, qui & comites ſcholarum dicuntur, *l.* 1. ʒ. *de privil. ſchol. l.* 3. §. *de offic. mag. off.* quod plerumque ornati ſint comitiva primi ordinis; qui titulus honorarius eſt, inventus a Conſtantino Imperatore. Hac vero dignitate ornati præpoſiti & tribuni ſcholarum hæc beneficia habent, ut interſint Imperatoris epulis, & ut adorent purpuram ejus. Quod item viris clariſſimis comitibus ſacri ſtabuli datur, id eſt, equorum præfectis & rectoribus, quibus ſportulas præberi ab iis, qui equos conferunt, vel pretia eorum, oſtendit *l.* 3. *C. Th. de equor. collat. & l.* 29. *C. Th. de ann. & trib.* Mod. 17 Comites ſtabuli equorum præfecti, & rectores, *l.* 3. *C. Theod. de equor. collat. l.* 29. *C. Theod. de ann. & tribut.* 18 *Curatores*, *in duob. vet. lib.* Cura palatii (quæ & cuſtodia aulæ Euagrio) architectus, ad quem cura fabricæ palatii pertinebat, auream virgam geſtabat, primusque incedebat ante Imperatorem. Caſſiod. 7. *Variar.* 5. ab hoc diſtinguitur Cura Prætorii, quæ dabatur Tribuno militum. Trebell. *in Claudio.* 19 Comitiva primi ordinis titulus honorarius a Conſtantino inventus: ſecundi & tertii ordinis quoque Comitibus creatis. Euſeb. 4. *de vita Conſtant.* formulam comitivæ primi ordinis vocant. vide apud Caſſiod. 6. *Variar.* 12. 20 Præpoſiti ſcholarum, ſtabuli, palatii comitiva primi ordinis decorati, peracta militia exæquantur Comitibus Ægypti & Ponticæ diœceſeos: non honorati comitiva, ducibus provinciarum. 21 *Seu absque honore.* Cujac. & ita indubie legendum. 22 Duces provinciarum, diœceſeos Comitibus inferiores erant, licet utrique ſpectabiles. 23 Comites rei militaris duo: unus limitis Auguſti, alter Iſauriæ, *ut conſtat ex Notitia.* 24 *Al.* Imp. Leo A. 25 Comites rei militaris in Transmarinis provinciis occupati. 26 Comitibus rei militaris præferuntur Proconſules. 27 Viri. 28 Subjugatur. 29 *Al.* Imp. Anaſtaſius A. 30 *Junge cum l.* 1. *ſupr. tit. prox.* 31 Comitivæ. 32 Comites rei militaris ad defendendam unam vel provinciam, interdum ad plures defendendas mittebantur. 33 Comitibus rei militaris exæquantur, qui vicem magiſtri militum geſſerunt. 34 Comites rei militaris ducibus adæquantur, verbi gratia: Phœnices, Mœſiæ, Meſopotamiæ. 35 Comitibus rei militaris Comites diœceſeos Ægypti & Ponticæ ſuperioris: ut quæ diviſæ cum vicariis, adminiſtrationem habent. *l.* 1. *ſupr. de offic. vicar.* 36 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 21. 37 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 27. 38 Medicos principis hic accipe archiatros. *Alciat.* 39 *Al.* Imp. Zeno A. 40 *Conjunge cum l.* 2. §. *de comit. rei militar. hoc lib. tit.* 12. 41 De comitiva primi ordinis dixi ad *l.* 1. *ſupr. de Comitibus & Tribunis. hoc lib. tit.* 11. 42 Archiatri Comitiva primi ordinis honorati vicariis & ducibus exæquantur: ſic tamen, ut ordo temporis inter eos ſervetur. 43 Duces & vicarii exæquantur. 44 Archiatris, primi & ſecundi ordinis Comitiva interdum datur. *l. ult.* §. *de profeſſ. & medic. lib.* 10. *tit.* 52. 45 Indemptus, al. *indeptus.* 46 Gerunt. 47 *Al.* Imp. Zeno A. 48 Junge cum *l.* 1. *ſupr. de comitibus rei militaris. hoc lib. tit.* 12. 49 Comites & rectores provinciarum Comitibus exæquantur. 50 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 27. Goth. De Intellectu hujus Rubricæ & *l.* 1. vide Bellon. *ſupput. lib.* 1. *c.* 13. Anſ. 51 Comitiva eſt titulus honoris a Conſtantino Imperatore inventus. Euſeb. *lib.* 4. *de Conſtant. vita.* 52 Al. *pro incluſ.* AA. *Videtur eſſe pars l.* 1. *ſupr. de ſtudiis liberal. urb. Romæ. lib.* 11. *tit.* 18. al. Imp. Valentin. A. 53 Intra. 54 *l.* 7. *ſupr. de profeſſoribus & medicis. lib.* 10. *tit.* 52. 55 Quid, num recuſari poteſt doctor ſuſpectus interrogationi ſeu examini ſtudioſi adſuturus? poſſe exiſtimant interpretes exemplo teſtis. vide Corſetum *ſingulari ſuſpicio*: & Abbatem in *c. cum cauſa de officio delegati.* 56 Vide Alciat. 3. *præſumpt.* 19. 57 Profeſſionis juſtæ tempus viginti anni, *ut hic. l.* 1. *ſupr. de excuſ. veteranorum. l.* 3. *ſupr. de his, qui non impletis ſtipend. lib.* 10. *tit.* 54. 58 Vide *Quintil.* 59 *Eclog. lib.* 6. *tit.* 6. *C. Theod.* 23. 60 Silentiarii qui dicantur, vide *in l.* 5. ʒ. *h. t.* 61 In quibuſdam non eſt vox *eorum*, ſunt autem ſilentiarii, qui in palatio principis excubias agunt. Zonar. *in Anaſtaſ.* 62 *l.* 1. *C. Theod.* vide *l.* 3. ʒ. *h. t.* 63 Emerſum. 64 Silentiariorum officium Zonaras in Anaſtaſio ait eſſe τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων. Hi ſunt excubitores in conſiſtorio vel palatio principis, ſtantes fere ad limina, unde & excubias agere dicuntur *in l.* 3. ʒ. *hoc tit.* ſunt autem ſub decurionibus, *l.* 3. *in fin.* ʒ. qui alias ſacri conſiſtorii decuriones dicuntur, alias ſacri palatii. *Mod.* 65 Silentiarii & eorum decuriones abſoluti militia numerantur inter exmagiſtros officiorum, vel excomites domeſticorum, honore inter agentes, atque ita illuſtratum vacantem cum cingulo nanciſcuntur. 66 Salvandis. 67 Is honor. 68 Al. *Valentio.* 69 Huc pertinet *l. un. lib.* 11. *C. Theod. qui a præbit. tyron. & equor. excuſentur.* 70 *l.* 3. *infr. h. t. l.* 21. *ſupr. de decurionib.* 71 *l.* 3. ʒ. *h. t.* vide *l.* 21. *ſupr. de decurionib.* 72 *Nudam*, *in veter. quib. lib.* ab indictionibus extraordinariis, quæ neceſſitatis cauſa imponuntur, immunis eſt. 73 *Al.* Imp. Valentin. A. 74 Silentiariis erant ſui decuriones. *ut hic.* qui palatii. Ammian. 20. ſacri palatii. *l.* 1. §. *h. t.* & ſacri conſiſtorii decuriones. *l.* 2. *C. Theod. l. ult.* Decurio vero quisque præerat decem ſilentiariis.

ceſſu meliore tranſcendunt, omnia privilegia [1], quæ jamdudum divorum Principum judicio meruerunt, legis iſtius præceptione noverint eſſe firmata, non prajudicatura quacunque generalitate pragmatica [2], nec angarias, vel parangarias, ſive paraveredos ulla eis ampliſſimæ præceptionis imponat auctoritas: ſordidis quoque muneribus, excoctione calcis, & ſuperindicti gravamine eos liberamus. † Domos quoque eorum non tantum in hac facratiſſima urbe, ſed in qualibet alia poſitas civitate, immunes ab omni hoſpitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: permiſta [3] eis veniendi ad Comitatum licentia præter evocatoriæ ſecuritatem [4]: multa decem librarum auri judicibus Provinciarum, eorumque officiis infligenda, ſi ſtatuta nominis [5] noſtri crediderint contemnenda. † His addimus, ut cum optatam quietem acceperint, & inter [6] viros Illuſtres [7] Senatores cœperint numerari: honore [8] curiæ ſine aliqua functione lætentur, immunitatisque gaudio plena dignitatis lætitia potiantur: ut dignitatem ſolam habeant ex ſenatu, ſub hac videlicet definitione, ut triginta tantummodo numero ea [9] privilegia conſequantur: decuriones quoque tres, ſed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis ſupraſcriptis, cum per continuos tredecim [10] annos inculpatas excubias [11] peregerint. Dat. 9. Kalend. April. *Raven.* AETIO & VALERIO CONSS. 432.

4. Imp. ZENO [12] A. Cosmæ Præpoſito ſacri cubiculi.

NE ad diverſa tracti [13] Viri devoti Silentiarii judicia, ſacris abſtrahi videantur obſequiis: jubemus eos qui quemlibet devotiſſimorum Silentiariorum ſcholæ, vel ejus uxorem civiliter, vel etiam criminaliter puſſare maluerint, minime eum ex cujuslibet alterius judicio, niſi ex judicio tantummodo viri Excellentiſſimi Magiſtri officiorum [14] convenire.

5. Imp. ANASTASIUS [15] Antiocho [16] Præpoſito ſacri cubiculi.

JUbemus Clariſſimorum [17] Silentiariorum præditos militia, etſi genitorum [18] fuorum in poteſtate ſint conſtituti, quæcunque ſolatiorum, ſeu emolumentorum, vel donationum, ſeu hereditatum nomine per militiam, vel quamlibet ejusmodi cauſam his acquiſita ſunt vel fuerint, jure caſtrenſis peculii poſſidere, nec ea poſſe, vel parentes ſuperſtites ſibi vindicare, vel auferre, vel etiam poſt eorum obitum fratres, vel alios eorum heredes, quaſi ad defunctorum dominium pertinentia, in diviſionem deducere: nec enim oportet labores eorum aliis fructum, vel lucrum adferre. † Hac namque ratione ſimul & contemplatione nec ipſam militiam, vel ſuffragium [19] quodcunque pro ea, vel ab eisdem Viris devotiſſimis Silentiariis, vel a parentibus eorum, vel a quolibet alio datum eſt, vel fuerit, ab his patimur in ſucceſſionem defunctorum parentum conferri, ſeu nomine collationis in medium easdem offerri pecunias, vel his imputari. † Ad hoc, de turelis [20], & curationibus eos excuſari ſancimus: ne alienarum rerum adminiſtrationem ſubire compellantur, qui propter noſtra miniſteria, nec ſuis curam, ſeu proviſionem diligenter deferre poſſunt, inſuper eorum liberos, qui dignitate Virorum ſpectabilium Comitum, ſeu Tribunorum decorati ſunt, vel fuerint, nullatenus nolentes adminiſtrationem Prætecturæ [21] ſuſcipere, ſeu peragere: omnibus videlicet antelatis privilegiis in perſona non tantum in præſenti militantium, ſed etiam poſtea eidem conſortio inferendorum, tam tempore militiæ, quam poſt eam depoſitam obſervandis. Datum Kalend. Januar. JOANNE, & ASCLEPIONE CONSS. 500.

TIT. XVII.

DE [22] DOMESTICIS [23], ET PROTECTORIBUS.

Domeſtici & Protectores Principis ſalutantes Vicarios, & Præfectum, ipſos oſculari poſſunt. Bart.

1. Imp. [24] VALENT, & VALENS AA. Euſignio P. P.

DOmeſtici ac Protectores [25] oſculandi [26] cum ſalutaverint Vicarios, tui Culminis habeant poteſtatem. Pœna enim ſacrilegii [27] ſimilis erit, ſi his honorificentia non deferatur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt æſtimati [28]. Dat. prid. Non. Mart. *Mediolan.* VALENTIN. A. III. & EUTROPIO CONSS. 389.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Heliodoro P. U. [29].

PRimicerius [30] quidem domeſticorum & protectorum utriusque [31] ſcholæ poſt adeptum [32] Tribunatum, inter eos ſpectabili dignitate perfruatur [33], qui Ducatum gerere [34] meruerint: alii vero, qui decurſis ſtipendiis ab eodem decem usque numero ſubſequuntur, Conſulari, id eſt [35], Clariſſimatus dignitate perfruantur cum ipſa loci decemprimorum [36] acceſſione. Dat. 3. Id. Jun. AETIO & VALERIO VV. CC. CONSS. 432.

3. Iidem AA. Sporatio Comiti domeſticorum peditum.

SI quis domeſticorum nulla negotii publici abſtrahente ſolicitudine, nec ei per commeatum ſolenniter, ut abeſſet, facultate conceſſa, per biennium obſequiis Serenitatis noſtræ defuerit, is retrorſum in ordinem tractus inferiorem, quinque ſequentibus poſtponatur. Si vero triennium ejus abſentia continuaſſe monſtretur, usque ad decimum locum proculdubio regredietur [37]. Quod ſi quadriennio tenus abfuerit, noviſſimus collocetur. Quinquennium autem ſi fuerit divagatus, ipſo jam cingulo ſpoliandus eſt: indignum quippe eſt, deſides a propriis tamdiu muniis aberrantes [38] (quos eſſe convenit aſſiduos) numerari.

Si domeſticus, vel protector ante finitum officium deceſſerit, heres ejus ſalarium totius anni ac etiam ſubſequentis percipiet. Bart.

4. Imp. JUSTINIANUS [39] A. [Vigili Conſulari, & patricio.]

LEge pragmatica ſine fine victura præſniendum ac conſtituendum credidimus, ut ſi quis Virorum Fortium præſentalium [40] domeſticorum in equitum [41] ſchola Secundicerii [42] locum [43] adeptus, diem interea ſupremum clauſerit: heredes ejus non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui [44] ſupereſſe monſtratur: verum etiam [45] inſequentis anni, hoc eſt Primiceriatus ſolatiis ac emolumentis fruantur omnibus, ut quod ad quæſtum & compendium militiæque fructum protixe [46] pertinet, ſimilis habeatur [47], ac ſi ſuperſtes permanſiſſet [48] ad finem usque ſupremum.

TIT. XVIII.

DE PRÆPOSITIS LABORUM [49].

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Monaxio P. P.

QUi præpoſiti laborum [50], noſtro judicio promoventur, Clariſſimi ſint inter allectos [51]: ita ut ex Conſularibus habeantur. Nam [52] & immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. Datum 3. Id. Novembr. CP. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO CONSS. 476.

TIT. XIX.

DE [53] PROXIMIS SACRORUM SCRINIORUM CÆTERISQUE QUI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT.

De honore.

1. Impp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. AAA. Cynegio P. P.

PRoximos [54] memoriæ, epiſtolarum ac libellorum, atque diſpoſitionum, ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos meriti dignitatis habeantur, qui pro Præfectis dicecefes [55] ſibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos ſplendor indepti proximatus oſtendat: inſequentibus proponendi, qui Vicarias poſtea adminiſtraverint: & nullam injuriam deſcriptionis perhorreſcant. Dat. prid. Kal. Maji, CP. HONORIO N. P. & EUODIO CONSS. 386.

De ingreſſu in ſecretaria Judicum & conſeſſu.

2. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Conſtantino P. P. Galliarum.

IN [56] ſacris ſcriniis noſtris militantes, in Provinciis ordinarii [57], vel *magiſtriani.* [41] Domeſticorum alii equites, *ut hic, & l. reſtituendæ. 6. ff. de advoc. diverſ. judicum.* Calliod. 1. *Variar.* [42] Sic in exempl. quodam noſtro ſcripto legitur, recte al. *ſecundis primicerii*, ſed perperam. [43] Secundicerii in ſcholis habuit ex meritis: primicerii ex ſecundiceriis: verbi gratia, qui hoc anno tertiocerius, ſequenti ſecundicerius, tertio primicerius. Primicerius autem fere biennalis. [44] Gradus in ſcholis fuere. [45] Salarium integrum totius anni defuncto officiali debitum heres conſequitur. *l. 11. ff. de præſcript. ſcriniorum, hoc lib. tit. 19. l. 3. ff. de agentibus in reb. hoc lib. tit. 20. l. 1. ff. de primipil. h. l. tit. 63. l. poſt duos. in fin. ſupr. de advocat. diverſ. judic.* Imo & ſequentis anni: ut hic in domeſtico & protectore, quod ut ſingulare ſtatt. Raymdalis, Albericus, Angelus, & Ilelius notant, adde *l. decem ſunctæ. 4. ff. de officio adſeſſ. fac. l. 1. §. divus. 13. ff. de variis & extraord. cognit.* Quid ſi quis privatus operas locarit, & antequam operas præſtaret, mortuus fuerit? ſalarium non debetur. *l. ex conducto. 15. ſ. cum quidam. 6. ff. locati.* Quid ſi officialis ingrediens civitatem in itinere ipſo deceſſerit? Quidam negant ſalarium deberi. Alii expendis itineris ejus heredibus ſolitem præſtari oportere. *arg. l. ſi pecuniam. 5. ff. de condict. ex cauſam.* Bartolus putat ſalarium deberi in *l. 6. divus.* Quid ſi qui officium geſſit alias incapax fuit? vel hoc etiam cauſa ſalarium deberi, Baldus ait, moveur, quod procuratori ſalarium etiam debeatur, etiamſi mandatum eius nullum fuerit, vide Cortes. *ſupra. de ſalarium.* [46] Al. *protexius.* [47] Similes habeantur. [48] Permanſerit.

[49] Labarorum. vide Cujacium *hic*, eſt autem *Labarum* magnum vexillum quod Imperatori præferri ſolebat, & a militibus pene adorabatur, hujus meminerunt Pendentes *priori lib. in Symmach.* Tertull. *in Apolog. cap. 16. & alii plerique*: *Gallis* vocant, la Banniere, l'Auriflam. [50] Labarorum. [51] Electus. Allecti ita dicuntur, qui a principe advocati negotii publici gratia. *l. 12. in fin. ſupr. de exculat. muner.* ſunt, & quidam ſuſceptores, qui rationes publicas ſcribebant. *l. 11. l. 12. l. 17. C. Theod. de ſuſcept. l. 2. C. Theod. de quæſtor.* Publiniarum in pragmatica ſanctione *cap. 18. Theodoric. Edict. cap. 84. Sidonius epiſt. 7.* Invident arcanis pondera, menſuras allectis. Annianus ad *l. 1. C. Theod. de Epiſcop. nec exactores, nec allectos facere.* [52] Vide quæ ſcripſi ad *l. uſt. ſupr. de præfectis prætorio hoc lib. tit. 3.*

[53] Περὶ τῶν ἐν τοῖς σκρινίοις ὑπογεγραμμένων σχολαστικῶν, de his, qui in geſtorum ſcriniis militant. *Synopſ. Baſil. 6. tit. 28.* [54] Quatuor ſunt facra *ſcrinia*, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum: in illis enim adnotationes, vel pragmaticæ ſanctiones, cognitiones, preces, vel reſcripta principis edunturr, reponuntur & ſervantur. *l. uſt. ſupr. de aquæduct.* [55] Dioeceſis. [56] Pars I. 3. *ſupr. de offi. diverſ. jud.* [57] Ordinarii qui & ἰδιόθεσοι, Præſides ſunt provinciarum, ſub quorum cura una tantum provincia eſt. adde *l. uſt. ſupr. de modo multarum, l. omnes. 33. ſupr. de epiſcopis & clericis. Nov. 20. cap. 3. 31. cap. 1.* quaſi infimi ordinis, ut ordinarii milites, hoc eſt, gregales & manipulari: minores erant vicariis: de quibus dixi *l. 1. §. 4. ff. de legat. 3.*

ſpe-

1 Silentiariorum privilegia. 2 Pragmatici. 3 Ad comitatum principis omnibus poſſim venire licuit. Licuit vero, vel ſingulari privilegio, *ut hic*, vel evocatoria, hoc eſt evocatis. 4 *Severitatem, in exemp. Veſter.* 5 Nominis. 6 Silentiarii, non plures, ſed & eorum decuriones non plures tribus inter vios illuſtres ſuſtres fuere ſenatores. 7 Illuſtres. 8 Honorariæ. 9 Et privilegia. 10 Al. XXX. 11 Silentiarii excubias agebant in conſiſtorio principis, ſtantes ad limina. 12 Al. Idem A. 13 Tract. ti. 14 Forum ſilentiarii & miniſteriales omnes fortiuntur apud magiſtrum officiorum, *ut hic, & l. uſt. ſupr. de caſtrenſibus, & munuſſicient.* 15 Anaſtaſius *recte, ad. juſtinianus.* 16 Polycarpo P. Prætorio. 17 Silentiarii clariſſimi hic dicuntur, qui alio loco ſpectabiles: *Goth.* Similiterque tribuni nonnulli ſpectabiles, *l. 2. ſupr. de primic. l. neque. ſupr. de dec. clariſſimi, l. Nov. 8. & 13. & l. annuas*, ambore Leone *Nov. 44.* vir clariſſimus appellatur in *l. uſt. ſupr. de jur. emph. & epiſc. & cler.* Mod. Qua varietas multis dignitatibus accidit, creſcentibus, vel minutis his apud Cuiacium divini juris & humani omnium denique, nullis exceptis, ſilentiariis ſilentiariorum vendi poteſt. vide *Nov. 53. c. 5.* 20 Silentiarii a tutelis & curationibus immunes. *l. uſt. ſupr. de excuſat. tutor.* 21 Prætura.

22 *Eclog. lib. 6. tit. 28.* 23 Domeſticos arcanorum principis conſtios Alciatus hic exponit ſatis. Protectores milites ſunt, qui latus principis apertius protegunt. Doctores. Socrates *l. cap. 13.* Suidas, Zonar. *in Diocletiana.* Goth. Adde Cujac. *hic* AAA. Euſignio P. P. 24 Al. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. 25 Differentiam eſſe inter domeſticos & protectores *ex Cod. Theod. conſtat h. tit. lib. 6. &* 9. quibus conſtituta de domeſticis trahuntur ad protectores, e. his autem alii vnan pedites, alii equites. *l. uſt. l. hoc tit. l. reſtituendæ. ſupr. de advocat. diverſ. judicum.* Mod. 26 Oſculum principis ſummi honoris habebatur. adde *Ireneus. in. lib. 1. Ant.* 27 Sacrilegii tenentur, qui honorem non deferunt continentibus purpuram principis. 28 Exiſtimari. 29 *Al.* P. P. 30 Primiceſſimi diverſa. 32 Acceptum. 33 Potiatur. 34 Agere. 35 Conſulpiciuntur inter alectos: ita timen, ut omera ſenatoria non agnoſcant exemplo ſenatoriorum. 37 *Regreditur, in ver. lib. 8. & l. 2. C. Theod. de curſu publico. l. 1. §. de ſupr. de epiſcopis & clericis. Nov. 20. cap. 3. 31. cap. 1.* quaſi infimi ordinis, ut ordinarii milites, hoc eſt, gregales & manipulari: minores erant vicariis: de quibus dixi *l. 1. §. 4. ff. de legat. 3.*

ſpectabilis Judicis [1] ad ſalutationem [2] non arceantur [3], & inviti in conſeſſum accipiantur: ſciturs vel principe, vel corniculario, vel capitibus officii, ternas libras auri ex [4] ſuis facultatibus eruendas [5], ſi conſiſtorium noſtrum ſæpe ingredientibus, Secretarii Judicum non patuerit ingreſſus, aut reverentia non fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum Judice ſocietas denegata. Dat. 6. Id. Novembr. *Treveris*, TIMASIO & PROMOTO VV. CC. CONSS. 389.

De honore Clariſſimatus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Claudio P. U.

IN ſcriniis palatii militantes, id eſt memoriæ, epiſtolarum, libellorumque ac diſpoſitionum, poſt viginti [6] annos transactæ militiæ ſi diſcedendum ſibi eſſe decreverint, Conſulari honore fulti, inter allectos habeantur, huncque honorem dignitatis teneant, qui exconſularibus [7] deferri conſuevit: nec eos quisquam injungendo aliquid, vel jubendo poſſit ab imperito otio ſeparare. Dat. 15. Kal. Mart. CP. ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

De excuſatione a muneribus.

4. Iidem AA. & THEODOSIUS A. Epiphanio P. U.

JUbemus [8] ut [9] primum omnium ſit eorum, qui in ſacris ſcriniis noſtris, id eſt, memoriæ, epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum referuntur, ſecura [10] poſſeſſio, ab omnibus ſordidis muneribus excuſata, ſuperindictum non timeant, aut venalitium [11] non petatur, ſolumque canonicæ indictionis præſtent tributum, ut labore dignitas [12] conquiſita, extraordinarium munus ignoret: nec ullam temonum patiatur injurium, equorum tyronumque [13] præſtationem nullus agnoſcat, qui vel adhuc [14] in ſcriniis militat [15] vel honorem proximi, & Comitivam primi diſpoſitionum, longi temporis ſudore quæſivit. Et hæc quidem patrimoniis cenſuimus deferenda. Quod autem omnibus conſtat deferri, adjectu alterius dignitatis perire non patimur, ut etiamſi pro ſuperioris fortunæ judicio ad honoris ornamenta proceſſerint, vetera tamen eis ſcriniis labore privilegia quæſita ſerventur. Dat. Id. Octobr. *Ravenna*, HONORIO VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

De honore Clariſſimatus. De ingreſſu in Secretaria Judicum & conſeſſu.

5. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Fauſtino [16] P. P.

PEculiari [17] perceptionis noſtræ favore præſtamus, ut in ſcriniis memoriæ, epiſtolarum, libellorumque ab exceptoribus usque ad mellо proximos, dignitatem Clariſſimorum, honoremque percipiant: & ſicut reliqui qui in iisdem ſcriniis militant, liberum cum ordinariis Judicibus ingreſſum Secretarii, conſeſſumque habere legibus meruerunt: [ita] hi quoque in quos hanc ſtipendiorum meritis Clariſſimorum conferimus dignitatem, cum ſpectabilibus etiam habere ſeſe reverentiam recognoſcant: ut conſedendi, ingrediendive ſecretarium ſibi ſciant a nobis licentiam contributam. Datum 8. Id. Jun. *Raven.* LUCIO V. C. CONS. 413.

Ut Proximatus trium ſcriniorum annuus ſit.

6. Iidem [18] AA. & VALENT. A.

PRo biennio [19] annum ſolum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus ſcriniis, memoriæ, epiſtolarum, libellorumque ordine ac merito ſtipendiorum ad gradum pervenerint proximorum. Datum 8. Id. Februar. CP. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

De ſucceſſione in locum defunctorum.

7. Impp. THEODOS. [20] & VALENT. AA. Nomo Magiſtro officiorum.

UNicuique [21] qui in facris ſcriniis militat, ſui loci merita ſervari [22] oportere conſtituimus, & univerſos, qui ultra numerum ſtatutorum [23] in iisdem ſcriniis militant, ſui gradus reſpectu, per [24] ordinem, quem ſortiti ſunt, in deficientium ſtatutorum locum (ut tamen ultimis ſocietur,) ſubire decernimus, ſcilicet ut nemini penitus liceat, cum ſit poſterior tempore, locum præcedentis ambire [25], niſi forte ab eo, qui tempore [26] vincitur, laborum comparatione ſuperetur: ut quindecim primatum [27] ejusdem ſcriniі teſtimonio cum ſacramenti religione ſubnixus præcedentibus dignior judicetur. Hanc quoque obſervationem extra filios proximorum volumus cuſtodiri: etenim unicuique [28] proximo unum de ſuis filiis, qui temporis dumtaxat ſuffragio nititur, (licet parum obſervaſſe militiam cognoſcatur,) inſequentibus tempore, qui laborum meritis muniuntur, anteferri poſſe decernimus. Illum [29] tamen, qui locum ſtatuti [30] meretur: proximo quidem ducentos quinquaginta ſolidos [31], mello proximo [32] vero, vel adjutori pro conſuetudine uniuscujusque ſcriniі viginti, aut quindecim ſolidos offerre præcipimus. Quod ſi quis de ſupernumerariis, qui in ſtatuti locum ſubire debuerat, ne pecuniam offerat, ſtatuti etiam gradum recuſare voluerit, ſequenti tam offerendæ quantitatis prædictæ, quam ſubrogandi licentia permittatur [33]: ita videlicet, ut ſi ſecundus, vel etiam tertius, vel alterius cujuslibet numeri, in eadem excuſationis voluntate duraverit: accedenti [34] ſemper eadem copia, quam præcedens recuſaverit, tribuatur. Hos autem, qui ad ſtatutorum ordinem progredi noluerint, nec de ſuo gradu volumus removeri: & cum vacaverit ſtatuti locus, conditionem, quam antea repudiaverant, id eſt & offerendæ pecuniæ, & adipiſcendi ſtatuti locum, liberam habere præcipimus [35] facultatem.

De militia peracta.

8. Iidem AA. Nomo Magiſtro officiorum.

PRoximos [36] facrorum ſcriniorum, quos fides, ac diuturnæ obſervationis induſtria, litteraque [37] militia [38], comitem quin etiam diſpoſitionum, quem probitas ac ſtrenuitas merito commendant: completo tempore ſuæ militiæ, Comitivæ ſacri noſtri conſiſtorii cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet jamdudum præſtitis [39] ſalvis [40] privilegiis propriis [41]) decernimus. Quibus enim pietatis noſtræ arcana [42] merito commitcuntur, his pietas noſtra vitam cingulo ſuprадictæ Comitivæ ornandam, decorandamque decrevit.

De commeatu & de vacatione munerum.

9. Imp. LEO A. Patricio Magiſt. offic.

IN ſacris noſtris ſcriniis militantes, per commeatum [43] non continuatim præſtitum [44] ante conventionem profecti, intra indultum temporis ſpatium erunt cum ſuis conjugalibus [45], & liberis a conventione ſecuri [46], ab indictionibus etiam publicorum & civilium munerum etiam poſt completam militiam excuſatione potiantur, ſuper domibus quoque quas in provinciis poſſident, metatorum moleſtia liberentur.

De numero memorialium. 1. Ne quis duplici fungatur officio.

10. Idem A. Hilariano Comiti Magiſtro offic.

HAc parte ſtatutos memoriales præcipimus eſſe in ſcrinio quidem memoriæ ſexaginta duos, epiſtolarum vero triginta quatuor: [libellorum [47] quoque triginta quatuor:] antiquarios vero, qui habentur in ſcriniis memoriæ, nunquam minus eſſe quatuor. §. 1. Supraſcripti autem memoriales nullo modo [48] duplici fungantur officio, nec [49] geminis chartis irreperint [50], ut non occupentur [51] plura in unum ſe commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi.

De ſalario defuncti.

11. Imp. ANASTASIUS A. [52] Euſebio Magiſtro officiorum.

SI quis in facris noſtris ſcriniis, id eſt memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum & libellorum, ſtatutis jam connumeratus, ab hac luce fuerit ſubtractus: ab eo quicunque, utpote vacante loco de ſubſtitutis [53] in ſtatutorum conſortio fuerit ultimus ſubrogatus, pro [54] ſolatio, vel ſuffragio [55] proximi [56], definitam ſacræque conſtitutioni divæ memoriæ Theodoſii, & Valentiniani [57] Principum [58] inſertam quantitatem defuncti [59] heredes, & ſucceſſores [60], vel liberi ejus, ſeu creditores, qui fœnus cum mortuo pro ſtatuti loco ei acquirendo contraxerint, conſequantur: ita ſcilicet ut ſi [61] hereditas, vel ſucceſſio defuncti minime fuerit ſuſcepta, vel adita, tales perſonæ, id eſt creditores quidem contra cæteros prærogativa ſibi ſervata: liberi autem, vel agnati, ſeu cognati, non hereditatis, ſed privilegii [62] nomine ſimili modo hujusmodi ſummam percipiant: ſibique petere ac vindicare permittantur: nullius machinatione hujusmodi noſtra diſpoſitione retractanda, ſeu violanda: maxime cum Viros etiam pro tempore Spectabiles eorundem Proximos ſcriniorum, ſi quis eorum ante completum Proximatus actum morte præventus ſit, ad heredes ſucceſſoresque ſuos reſidui [63] temporis Proximatus ſolatia ſine quadam imminutione transmittere non dubiteturi.

De foro competenti, & de cautione præſtanda, & de ſportulis.

12. Idem A. Celeri Magiſtro officiorum.

IN facris ſcriniis militantes, & parentes atque uxores eorum, necnon liberos ex ſententia tantummodo tuæ Celſitudinis criminales, & civiles intentiones agentium excipere jubemus: inſuper etiam colonos, ſeu adſcriptitios, & ſervos eorum in hac Regia Urbe degentes, eodem beneficio potiri: fidei pro tempore Adjutoris Viri Spectabilis proximi, vel unius ex ſtatutis committendos, ita ut ea [64] ſi in proximo quicunque memorialis [65] repertus fuerit, juratoriæ [66] cautioni committatur: ut etſi non poſſideat immobilem ſubſtantiam, fervi nihilominus, &

1 Spectabiles judices. 2 A ſalutatione. 3 Arceant, & poſſea accipiant. 4. 2. 5 *Si honoratis viris quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas, præbetur ſecretarii &c. d. l. 3.* 6 XXX. 7 Exconſulibus. 8 *l. 14. C. Th. h. t.* 9 Ut patrimoniorum eorum qui &c. 10 *l. 9. l. h. t. l. 1. l. 2. ſupr. de privilegiis ſervorum, qui in ſacro palatio milit. hoc lib. tit. 29.* 11 Venalitium, vectigal rerum venalium, quod exigebatur a venditore ob venditionem proponendam, *ut hic, & l. 1. de veteranis hoc lib. tit. 47.* fuit autem manciporum venalium 25. aut 50. *Facit. 13. Dioryſ. 14.* exteraeum rerum vectigal, 100. *Tacit.* 1. quam ad ducentesimam poſtea reſtitutur injurium, *Tacit. 2.* Poſtea ad 300. auctionum Italiæ provinciis remiſit Gajus Cæſar. Sueton. *cap. 16.* Quanquam in eo, quod de Tiberio diximus, diverſus ſit ligula ſubſtatum 100. Aut de converſis jam moribus Tiberii loquitur Dion, aut certe verior Taciti & Suetonii narratio. adde 6. *Cujac. 28.* 12 Dignitatis. 13 Tyrocinium præſtatio olim in muneribus publicis fuit. *l. 18. §. 3. ff. de muneribus.* adde Veget. *l. 2. cap. 7.* 14 Ad hunc. 15 Militant. 16 Al. Faujo. 17 *l. 16. C. Theod. h. t.* 18 Al. *Idem A A. Euſtathio V. C. Quæſtori & Heliconi V. I. magiſtro officiorum.* 19 *l. 11. l. 12. de ſalatinis ſacrarum largitionum. h. tib. tit. 24.* 20 *Sic ait legendum* Taurellus ſib. de militiis ex cadi *argum. l. 11. l. hoc tit. Cont.* 21 Militantes in ſcrinio ultra numerum loco defcientium ſuccedant ſecundum ordinem gradus ſui. *Ravi.* 22 Servare. 23 In facris ſcriniis alii ſunt ſtatuti, alii ſupernumerarii. *24 l. 2. ſupr. de officio magiſtr. ſcri. l. 1. ſupr. de munerib. patrimon. lib. 10. tit. 41. l. uſt. ſupr. de primicerio, h. tib. tit. 7. l. 1. ſi agentib. in reb. h. l. tit. 20. l. 1. ſi de caſtrenſ. de muneris & honoris. h. l. tit. 26 & l. uſt. l. de ſportb. h. l. tit. 32. l. 11. l. 13. 6. ferendarum. 6. ff. Nevell. Leon. qual.* 25 In locum præcedentis abire. 26 Vide quæ ſcripſi ad que. 29 Illi. 30 Statutum. 31 Vide quæ ſcripſi ad *l. 11. l. 15. Al. Emp.* ro *ſin. ſupr. de muſſicenſ. ſcſi.* 32 Mello proximus eſt, qui ſecundum locum tenet, & futurus eſt proximus: adjutor vero eſt proximi adjutor. Alciat. & Cujac. *hic.* 33 Proliterata eſt eorum, qui proximi ſacrorum ſcriniorum ſunt, *ut hic*, & in literarum præmittatur. 34 Accedendi. 35 Concedimus. 36 Magiſtri. 37 Militia Malis militare. *l. 1. C. Theod. de grav. con. aſſp.* 38 Literatam militiam dici a literis